


D. D.

Ex consensu Amplissimæ Facultatis

Philosophicæ, Regiæ Livonorum ad Emmam Aca-
demia Gustaviano-Carolinæ, quæ Dorpati floret,

Sub PRÆSIDIO

Viri Amplissimi

SVENONIS  Dimberg/

Mathematicum Profefs. Ord. nec non

Facult. Philos. h. t. Decani.

Hanc dissertatiunculam Physicam

De

GENESIME-
TALLORUM,

Publico examini pro

Gradu Magisteriali

Subjicit

LAURENTIUS HÖNEX/

Westmanniæ-Suedus,

In Audit. Maj. d. 25. Febr. 1693. horis consuetis.

DORPATI, excudit JOHANNES BRENDEKEN,
Acad. Typograph.

In Christo Patri

Viro Reverendissimo ac Amplissimo

Dn. CAROLO CARLSSON,
S. Th. Doctori celeberrimo,

Westmanniæ Dalekariæ utriusq; Episcopo dignissimo,
Consistorii, quod Arhusiæ est ad occidentem, Præsidi
eminentissimo. Regii ibid. Gymnasii Ephoro vigi-
lantissimo, Patrono suo Magno.

Pl. Reverendis &

Dn. Mag. GABRIELI Stragge!

In Acad. celeb. Livonor. Hebr. ac Græcæ Ling.
Profess. excellentissimo, Promotori suo colendo.

Reverendis, Claris

Dn. ANDREÆ VIRGINIO,

Cambyensium in Odenpoa Livoniæ Pastori me-
ritissimo, Fautori optimo.

RAAMAUUKU

RAAMAUUKU

VIRO

summè Reverendo ac Amplissimo,

Dn. JOHANNI FISCHER,
S. Th. Doctori celeberrimo,

Superintendenti per Livoniam Generali, Academiae
Dorpatensis Procancellario Gravissimo, & supremi Senatus
Ecclesiastici in Livonia Præsidi eminentissimo,
Fautori & promotori summè venerando.

Amplissimis Viris

Dn. Mag. JOHANNI BARCHIO,

Templi Cathed. Arhusiens. Archi-Præposito longè
meritissimo, consanguinitatis jure jugiter co-
lendo, suspiciendòque.

simis Dominis.

Dn. JOHANNI TOMPTELIO,

Ecclesiæ quæ apud Dorpatenses ex præsidio urbis
militari colligitur, Pastori vigilantissimo fauto-
ri ac amico, perquam honorando.

Ur & VIRIS

Consultissimis, prudentissimis ac spectatissimis;
D. JOHANNI AHLMAN,

Consuli Arbogensi Westmannorum prudentissimo, ut
Præceptori olim, ita nunquam non debiti honoris
observantia colendo.

Dn. ANDREÆ MURÆO,

Ser. Reg. Maj. in hac provincia Dorpatensi, à rationibus
Oeconomicis accuratissimo, Fautori pl. honorando.

Dn. ERICO ESSEEN,


Tabellaria rei Regia Holmensis à rationibus episto-
lisq;, perquam accurato, consanguineo
honoratissimo.

Dn. JOHANNI AHLMAN/

Regiorum redituum territorialium apud Boreales in
Westmannia montanos collectori aequissimo, specta-
tissimoq;, affini longè honoratissimo.

Dn. LAURENTIO ESSEEN,

Aula Tartvast/Oeconomo laudatissimo, con-
sanguineo multum honorando.



Inter res circo philosophico comprehensas, quasq; hu-
 manum scrutatur ingenium, naturales facile sibi pri-
 mas vendicant. Harum enim pulcritudo, utpote sen-
 sibus maxime obvia, animos nostros, sciendi naturâ cu-
 pidos, inprimis ad se allicit: Imo scientia earum sublimior
 supra humanam quodammodo eos evehit, & ad res divinas
 & aternas contemplandas preparat. Animo mecum ve-
 ro volvens, quibus maxime Patronis more sollemni hoc
 exercitium Academicum quaecumq; inscriberem; haud a-
 lios, si humillima, qua vobis, Reverendissimi Patres ac
 Praesules, debentur officia, & veneratio, intuitus fuero,
 deprehendere potero, quibus hoc gymnasium levidense dicare;
 Nec forte intempestivè magis alios quospiam offende-
 rem, cum mecum reputem, curas istas sublimes, laboresq;
 Herculeos, qua munera Reverendissimarum Vestrarum digni-
 tatum circumstant. Quidquid fuerit insignis animorum Ve-
 strorum moderatio & humanitas, quas illi, qui vobis se
 suosq; honestos conatus satagunt commendare, summa cum
 voluptate solent experiri, confidentiam mihi dedere, meas
 quoque spes & fortunam, meq; commendandi; sollicitè ob-
 secrans, dignimini hoc quod affero, munusculum, benigno
 vultu accipere.

Vobis quoq; Pl. Reverendis, Reverendis, Clarissimis
 & multiplici eruditione conspicuis; nec non Consultissimis
 Prudentissimis, spectatissimisq; viris haec eadem melete

mata, in signum pietatis, gratiq; animi exiguum offerre,
pervelim, patiamini. Quid enim foret aliud, sub hoc re-
rum mearum habitu quod in tesseram debiti officii, obser-
vantiaq; proficisci posset. Quod igitur devota mente hic
sacro vobis dicoq;, id vos solita humanitate ac benivolenti-
a excepturos spero confidoq;.

De cetero Deum T. O. max. supplex veneror, ut Re-
verendissimas Vestras dignitates, quam diutissime Eccle-
sia, Republica literaria, Vestrisq; omnibus salvos & inco-
lumes praestet.

Vos quoq; Pl. Reverendos, & Consultissimos, Prud.
spectatiss. Dom. idem Opt. Numen, quod vos ad digni-
tates conspicuas subvexit, servet, ac eas, cum omnigena
prosperitate conjunctissimas reddat, efficiatq;. Ita pove-
bit, quamdiu in vivis fuerit

Reverendissimorum Vestrorum Nominum,

Pl. Reverend. Reverend. ut &
Consultiss. prudentiss.

N N. V V.

Cultor Humillimus
officiosusq;

L. Höyer /

Auct. & R.

Literatissime Dn. Candidate

amice honorande.

Quem Tibi nunc, Höyer, præstans lucubratio
fructum

Conferat, è cathedra prompta reposita docent.

Gratulor atq; precor, labor hic Te vectet in altum,

Numinis ad placitum, multaq; dona ferat.

Quo Te perpetuùm maneat LAUS inclyta, tandem

Et subeas nitidi tecta beata Poli.

CRISPINUS JERNFELD,

S. Theol. Prof. Ord.

Ad

Pereximium atq; Doctissimum

Dn. LAURENTIUM HÖYER/

Philosophiæ Candidatum,

Popularem & Amicum honoratissimum,

De *Metallis* pro Gradu eruditè differentem?

Unde Naturæ ingenio potentis
Funditur terræ in gremio *Metallum*

(Frigus & fixum gelidumq; reddit)

Dote caloris,

Explicas quando vigili labore,

Annuit Phœbus, Tibi fama surgat,

Laurus & circum viridante fronde

Tempora serpat.

*Pausa hæc, festinanter licet, lubens tamen
gratulab. & scripsi*

GABRIEL STRAGGEL

Or. & Gr. Ling. Prof.

Clar. Dno. CANDIDATO Respondenti.

Pluto quid! divitis hic domus,
Gentisque dura sollicitare sic
Ortus fidem audes? Quid thalamos Deū
Contaminatum P A G I N A it hęc T U A!
Saturni, & annon Mercurii haud item
Pluto putatus filius haecenus?
Qua fronte nunc hoc inficiaberis?
Scimus quid hoc sit; M A T E R adulteros
Fassa est C Y B E L E, fumida brachia
Inter Cyclopum, duraque tormina
Vulcani amores, Mercurii suos.
Ti Visa sunt hęc? auribus haustave,
Mi, crede, canto, canto opus heic erit.
Saturnias si hęc fabula vana sit,
Credas manus statim adfore plumbeas;
Sin Justa, Musarum adfore Laureas.

L. M: que

accinebat

PRESES.

Definitio.



I. N. I.

Definitio.

MEtallum nobis est corpus fossile durum, mercurii præcipuè, ejusq; sulphuris centralis ope, id est, eorundem vario intra viscerae terræ conjugio, congressuque multiplici, variè efformatum, nec non debito ejusdem sulphuris accedente foetu in substantiam malleabilem, fusilemque coalitum, atque coagmentatum.

Ανεύλυσος.

§. I.

IN metallorum hanc contemplativam ingressuri fodinam, anxiam
A nimis

nimis operosamq; vocabuli originationem tanto lubentius missam facimus, quo vel perfectissima cognitio ejus minus, ad rerum ipsarum, id est, *Familia universa metallica natales facilius*, feliciusq; detegendos, videatur posse scenerari luminis. Sunt qui metalli nomen a verbo *μεταλλειν* deducunt; quod *inquirere*, *perscrutari* significat; Hi siquidem subterranei Theauri, multo labore & sumtu in venis atq; terræ meatibus inquiruntur. Alii id dici, existimant a *μετα νεφ* ἄλλα, seu *μετ' ἄλλα*; quod unius metalli vena prope aliam reperiatur (a); Generico quoque mineralium nomine veniunt metalla, quia in mineris, hoc est, venis & visceribus terræ generantur. Nuncupantur item fossilia, ea propter, quod effodiantur ex terris. Mineralia aliàs a metallis sic distingvuntur, ut hæc plerumq; excoquantur, igne separentur, variisq; modis purgationum opus habeant; illa verò postquam fodiendo, ex terra sint eruta, tanta arte, tantoq; haud indigent labore metallurgico.

§. II.

Diu obtinuit mos, ut propositas dissertationum talium definitiones ἐπιθεσις quædam Logica comitetur, quam etiam hîc, sed pro instituti ratione concisam, vulgaremq; satis accipe. Definitionis genus positum est *Corpus*; nec male, si quid judicemus; Cum tres vulgo dictæ dimensionum proprietates, absq; controversia definito nostro competant, seseque adesse ipso actu comprobent. Differentia petitur ex hoc, quòd sit fossile durum, ad differentiam eorum fossilium, quæ molliora sunt, quæ

(a) *Henricus Majus Phys. Vet. & Nov. Sect. 1. Tract. III. c. 14. §. 1. ut & Voss. in Etymol. L. I.*

quæ particulis flexibilibus, ramosis & hamosis, invicemque sibi junctis consistunt. Nec tamen hæc sic accipienda, quasi omnis hinc, id est, à duritie petenda foret differentia, nedum ea, quæ specifica audit; reliqua etiam, quale hoc est, malleo posse duci & igne fundi, neutiquam otiosa, aut ab hoc officio excludenda sunt. Necessariam enim hæc *συνάτηρησις*, imo ausim dicere, magis specificam generis addunt differentiam. Nec enim omne, quod terris effoditur durum, illicò metallum est, nisi etiam adjunctam habuerint conditionem verbis subsequenter requisitam, h. e. quod malleo possit in laminas extenuari, igneque liquefieri. Ast reliquum quicquid fuerit, datæ definitionis, eò pertinere existimetur, ut nobis qualicumque explicent ratione ipsa metallorum principia constitutiva, h. e. materiam eorundem primam, generationis item (quæ in omni certo bona definitione requiritur) modum, processumque. Quæ ad uberio-rem hujus rei explanationem facere videntur, habebimus in modo secuturo paragrapho. Non est, quòd hîc dicam, an corpora hæc fossilia, inter ea sint, quæ perfectè mixta apud Stagiritam audiant; nec enim sustineo in præsens definire, quid sibi sua velit vel perfecta, vel imperfecta mixtione. Satius erit, quid circa hæc naturæ arcana nobis magis dignum observatu deprehendere licuerit, proponere; Quod ipsum licet valde sit exile, minusque corcinnè digestum, tua tamen, erudite Lector, veniâ ac facilitate, in medium audebimus proferre.

§. III.

Et vero in tantis, quæ in limine hujus contemplationis, de *principiis* metallorum occurrunt, opi-
nionum,

nionum, sententiarumq; divortiis hinc haud obscure patescere poterit, nos haud dubitare in eorum Chymicorum partes transire, qui *Mercurio* atq; *Sulphuri* hoc honoris attribuant, deferantq;. Heic verò quid per mercurium intellectum velint, perquam ænigmatice definire solent Chymicorum filii; imo adeò obscure eos in hòc versari negotio conqueritur Carneades iste Boyleanus Chymista scepticus (b) ut fateatur se, quid eorū descriptiones, & sine mente soni sibi velint, *ignorare*; *Paracelsus* ipse (verba ejusdē carneadis sunt) *alicubi id mercuriū appellat, quod ligno urente. sursum fertur; uti Peripatetici talem fumum pro aëre solent habere.* Et paulo inferius, alius *Mercurius est liquor ille acidus permeabilis ethereus, ac purissimus, à quo omnis, nutritio, sensus, motus, vires, colores, senectutisq; præpropera retardatio.* Juxta Aristotelis, dialectum, teste eodem, finitur *Mercurius* *σεία ἀνάλογον τῷ τῷ ἀέρι τοῖς χείμα.* Maxima verò sagaciorum Chymistarum pars, in eo convenit, quod *Mercurius*, de quo híc sermo, sit Spiritus ille subtilis, sapidus & penetrans, qui, post primam operationem Chymicam, ex mixto solvendo processu debito elicitur; veletiam si acidus iste liquor, qui ex secunda operatione, id est, post primam operationem superflite phlegmate retortæ denuo indito, obtineri, prolicique communiter soleat (c). Quod autem talis *Mercurius* è metallis educi possit, testantur vexatæ non minus, quàm expertæ Chymicorum manus; e quorum penu aliquas observatiunculas & phænomena infra forte haud pigebit adferre. Interea adnotare juvat, *Mercurium* hunc *metallicum* adeo diversâ & dissimili in prole sua pro-

(b) *Dub. & parad. Chym. Phys. part. 4. p. m. 241.* (c) *Videsis hac de re Rohault. Tract. phys. part. 1. c. 29. p. m. 138.*

dire fronte, ut difficulter admodum crederes eundem esse ubiq; genitorem; Si quæris an hic Mercurius, cui *γενέτωρ* metallicæ partes potiores adignamus, sit idem cum corrente & vulgari? Distinctè ad id respondendum: Si de eo quæritur, qui adhuc variis scoriis vestitur, qualis est is, qui e mineris Istriacis & Carinthiacis huc adlatus venditur, negamus, quod *principium* nostrum *mercuriale* cum eo penitus idem sit; Sin de mercurio, ut sic dicamus, rectificato, & impuritatibus suis liberato, quæstio intelligenda veniat, fatemur istum cum nostro, tunc coincidere. Verum haud exigui res est laboris, vulgarisq;, in re Hermetica peritiæ mercurium de mercurio parare, quod hic omnino requireretur, si pro principio mercuriali habendus. Alterum nobis principium *sulphur* erat. Quod non minus ænigmaticè, quam prius describi apud Chymicos solet. Quæ tamen eorum operationibus substantia inflammabilis & cum aqua misceri nescia educitur, ea vulgo analystarū, communiter &, sulphur audit: Sicut id quod lapidum est, & aqua solvitur, ipsis sal est; non prodest hic, diversa sulphurum horum hypostaticorum genera recensere, quæ apud Chymicos occurrunt, multo minus, quâ eadem ratione per destillationem vel aliam separationem, abstractionemq; obtineantur; hoc enim non minus extra propositum, quam supra artem nostram est. Tantum conabimur ea phænomena & rationes adducere, quæ eorundem principiorum in metallorum generationibus, coagmentationibusq; arguant præsentiam. Unde subsimi illico potest, nos sic non ultima, omniumq; prima, & verè hypostatica mixtorum metallicorum hîc

indagare velle principia; sed ea tantum in quæ ope Anatomia Chymicæ solvi, reduciq; poterunt. Quo ipso molestiâ & labore liberamur, sollicitius inquirendi in horum principiorum principia, legesq; ultimas naturæ rerum constituendæ. Et ut ut per *motum materia impressum* supponamus diversitatem hanc corporum existisse, determinatio tamen motuum istorum, qui in singulis corporum reperiuntur ex naturæ istis legibus, res nobis satis ardua est. difficilisq; explicatu. Præclare hoc ipsum conata sunt seculi hujus acutiora ingenia præstare; quorum hinc ratiocinia, vel novis experimentis firmari, vel altius repetere nostræ haud est tenuitatis. En igitur rationes & apparentias, paullo superius promissas.

§. IV.

In his potiores nobis videntur, quæ Mercurium rationibus Chymicis, quamquam laboriosis, tamen haud impossibilem obtentu monstrent. Atqui ad fidem aliorum, cum nobis hac in parte haud licuerit esse expertis; provocare licebit. Claveus (d) de experimentis nonnullis mercurialibus agens refert se expertum esse, *se nuda quandoq; coctione*, posse Mercurium prolicere, & non solum prolicere, verum etiam, *quadam causa efficiente* (ut loquitur,) in Olem (seu aurum) mutare. Addit auctor, ex cujus testimonio, hoc adlatum Experimentum proferimus, experientissimum Alexandrum van der Suchten/ suo quodam inscripto narrare, ♀ ex ♀, in certo quodam processu, quem innuit, fieri posse, sed colores à ceteris Mercuriis differenti; Viridem enim

(d) In Apol. teste Celeb. Rob. Boil. dub. & Par. Chym-Phys.
part. 4. p. m. 247.

enim Suchtianus Mercurius accipit, reliquis albi-
 cantem possidentibus. Laudatur item alius eidem
 laudato viro, experientia, & eruditione clarus scri-
 ptor, qui asseveraverit se ex H sapiuscule Mer-
 curium eduxisse, ejus virtutis, ut in \odot figi, haud
 difficulter potuerit perfectum. Haud pigebit et-
 jam hic viri(e) è gente nostra solidæ fidei erudi-
 tionisq; petere testimonia; Ea talia sunt: impuri-
 tatibus (*puta Mercurii è mineris Istriacis, Carinthiacis,*
„ Ungaricisq; separati) artificiose sepositis sufficiens
„ est, Mercurificationi totius familiæ Metallicæ,
„ Sollemne est philosophis duplicem adhibere pra-
„ xin, naturalem videlicet, ob usurpata menstrua
„ metallicis concretis, magis conformia, sic dictam,
„ & violentam, quæ salibus corrosivis opus absol-
„ vere conatur. Simplicior prior est procedendi
„ modus, qui similia similibus, Chymicorum mo-
„ re nititur solvere, sicque Mercurium Metallorum,
„ non nisi ope Mercurii currentis debitè tamen
„ prius purificati, elicere studet. Habet hoc pri-
„ vilegii peculiaris aurum, quod veluti metallum
„ summæ perfectionis existit, ita tota ejus com-
„ pages in mercurium abire non renuat, cum ta-
„ men D similiter tractata, nigris, quas in superfi-
„ ciem protrudit, fœcibus præsentiam sulphuris
„ cudrioris celare non sustineat. Q sive in aqua
„ forti soluta, & in ∇ limpidam cum Q projecta,
„ hinc immerfis laminis ferreis al amalgamata fue-
„ rit, sive ejus limatura aceto inspersa, sive per tri-
„ turam, more Rothmaleriano, in al amalgama re-
„ digatur, viridiores paullo dat scorias, mercurio
 nihilo-

(e) *vid. Experientis. Dn. Doct. Er. Odbelii diss. de or. & effluy.*
Metall. §. 6.

,, nihilominus â vinculis liberato. Difficilior Mer-
 ,, curii, cum puro σ^7 , reperitur conjunctio, quip-
 ,, pe, qui sulphure extrinseco copiosè refertus, ab
 ,, hoc non facile se finit divelli, & qui mediante vi-
 ,, triolo, fit amalgamatio, per lotionem, cum ∇
 ,, fontana perit, Σ & H , quo Mercurio magis sunt
 ,, affines, eò minus hac in parte facessent negotii.
 Hactenus ille. Quæ phænomena hucusq; adduxi-
 mus Anatome Chymica submiuistravit; visamus
 jam, sed oculis pariter alienis, ipsa viscera & venas
 telluris metalliferas, & videamus, quæ deinde erui
 possit, quo assertioni nostræ robur addi, concilia-
 riq; possit. Quid sibi mineræ Peruvianæ (f) cum
 Dæ & Olis , qua gaudent, copia, non parum Mercurii
 suo sinu foventes? Quid frustula mineralium
 in quibus Mercurius, vel nudis, vel Microscopio,
 armatis oculis cernitur, sibi velint? Nonne svave
 hoc commercium, facile nobis innuere videtur,
 arctam inter metallicos hos planetas, intercedere
 propinquitatem generis? cogitationes hæc nostras
 firmare videntur curiosæ nonnullæ observa-
 tiones circa aurum, quod è mineris fluminum non-
 nullorum Germaniæ ac Bohemiæ, per lotionem
 collectum, quod cum argento vivo, ferè conjunctū
 est; Reperta est enim quandoq; in hoc auro fluvia-
 tili, sub examine chymico, admixta portio Dæ , quæ
 tamen levi inde artificio, separari poterit, & separa-
 ta in aurum se excoqui haud negabat: Hæc in-
 quam experimenta rationes subministrant sat va-
 lidas, asserto nostro, quod S^o generationis metal-
 lorum primæ partes atq; præcipuæ debeantur.

(f) *Conf. eand. cum laude cit. diff. §. eod.*

Uti igitur Mercurii in præfenti negotio generationis primas, ita sulphuri fecundas merito tribui debere, cum experientiæ analytici, tum aliæ metallurgicæ velle videntur. Olem subtiliffimum, quod in definitione noftra centrale dictum eft, Sulphur poffidere, hinc inferri poteft, quod fuperius allatæ obfervationes teftentur Olis fubftantiam, nullis relictis projectisq; , notabilibus fcoriis crudioris sulphuris in mercuriali metamorphofi, in mercurium abire. Tamen hinc, id eft, exignobiliori familia metallica sulphur femper inflammabile (licet ea qualitas vulgo inter requifita præcipua ejusdem ponatur) elici poterit. Artis enim Chymicæ peritiores, *archei* hujus noftri sulphurei, eam conditionem haud magnopere requirunt, putantes sulphur hoc metallicum nonnunquam poffe, cum hac conditione conjunctum effe, ut flammam concipiat, quod in sulphure communi, & neris viridis ætimonii fieri folet, nonnunquam verò non; Per iftos quoq; licet, an materiam hanc è metallicis corporibus eductam, sulphur, an terram appelles. Quidquid fuerit, sulphuris præfentiâ oppido efficacem, experiuntur, qui in purgandis per toffionem impuritatibus minerarum è fodinis protractarum occupantur, vel faltem operariis hifce adffunt, adeò ut manibus ad nares applicatis, sulphureum fœtorem inhibere, minus ipfi adffveti foieant. In ipsis autem antris metallicis, fæpe numero hoc eodem fœtore, fuffocatos fofores, enecatosq; teftantur metallugi. Et verò huic principio, ceu peccanti cuidam, haud verentur Medici adffcribere frequentes iftos, & tantum non continuos, quibus ad

metalla damnati, hoc est, fossiles & minerarum purgatores, obnoxii sunt morbis, & catarhis. Optima igitur, si quid judicamus, ratione colligitur, sulphur metallis à prima eorundem nativitate adfuisse, eorumq; compositionem ingressum esse. Sed miraberis L. B. forte tertii Chymistarum principii hypostatici, *Salis* nimirum, cui soliditatem & consistentiam tribuere antiqui Sophi, nullam hactenus à nobis factam mentionem; verum temerè haud id factum, aut ex negligentia existimandum. Fidei non minus probatissimæ quàm experientiæ maximæ viri tenent statuuntq; , *item, an ullum metalla sal possideant hypostaticum* , adhuc sub iudice esse. Nobiliss. Boyleus, vel potius ejusdem Chymista scepticus (g) fatetur se eò felicitatis inter sua experimenta assidua haud pervenisse, ut quippiam ejusmodi, è corporibus verè metallicis educere valuerit, quantam ipse cumq; diligentiam, circa operationes suas, adhibuerit. Processus separationum, quos nonnulli crepant Empirici, quod atinet, rotunde asserit quosdam eorum sublestæ fidei, nec posse cum successu in praxin deduci, & alios utcunq; quidem posse, sed tantum poscere apparatus, ut jure quis ambigere possit; an effectus, id est, elicita hinc salia, ipsis metallis, vel iis corporibus, quorum adminiculo educuntur, tribuenda veniant. Quod hic de difficultate, & tantum non impossibilitate, separationis salium metallorum, dictum est, intellectum volumus de metallis à mineris separatis; Quin è mineris ipsis, etiamnum crudis, liquores salinos quosdam, per distillationem educantur; quin arsenicum item (quod ex opinione nonnullorum salii debet natales) sub examine eorumdem

rumdem nonnumquã efflorescere & colligi que at,
adeo inter Chymicos non controvertitur. (h)

§. VI.

Explicatis sic levi brachio materiis metallicis primis, esset quidem hic itidem paullo altius exponenda natura causæ efficientis; verum Te benev. L. meminisse oportet, profundiorẽ hujus rei indagacionem, nos à nobis superius removisse. Si vel verbo tangenda foret causã ista activa & efficiens, vix alio commodiore, quã *caloris* nomine insigniri potest. Est enim ignis seu calor hic, si quis alius, efficacissimus agens, quiq; sine dubio ejus materiæ, quam recentioris ævi philosophus vocat *primi elementi*, effectum est. Hoc disertè satis patet ex ejusdem philosophi principiis (i). Quo intuitu, nec calor solaris, nec ipse centralis, hoc est, qui producitur ex igne subterraneo, à generatione metallica excludendus erit, sed potius utriq; huic honos causæ efficientis tribuendus. Ignem autem hunc centalem dari, vel ignivomi montes Hæcla, Vesuvius, Ætna, aliq; evincere poterunt, si quis hypothesein structuræ universi hujus legibus naturalibus motuum conformem vel capere, vel ferre nequeat. Atque hæc sunt, quæ strictim circa hanc materiam arduam ac impeditam deprõmere potuit exilis musa mea. Fateri & hic cogor rem hanc non esse ex dignitate sua elaboratam, quod enim forte elaboratius fuit, per invidiam quorundam malefactorum ac barbarorum interceptum est, *at de male quæsitis, non gaudebit tertius heres*. Quicquid fuerit, velim cogites B. L. in arduis & difficilibus voluisse quandoq; fat esse.

(h) Confer. §. 9. aliquoties laud. diss.

(i) Confer §. 29. part. 4. pag. m. 114.

E Menso tandem præcelsa cacumina Pindi
Thespiades nymphæ, laurea ferta ligant.

*Glarif. Cand. breviori licet hæc Elegiacis,
prolixiori tamen ita ominari. Soluis
adfectu*

G. Dreylich.

Ad eundem

Eruditissimum atq; Eximium

Dn. LAURENTIUM Höyer/

Philosophiæ Candidatum.

ERgo metalliferæ petis invia viscera terræ,
Ut certum partus rimeris fossilis ortum,
Prodis at eVectus cum sciti pectoris artes,
Accipe quæ confert tibi præmia lætus Apollo.

*Adfectu quam vena benigniori festinans
scripsi*

P. Wagner.

Eidem.

Cognita dum paucis scribis miracula terre,

Quæq; latent imo dura metalla sinu;

Abdita tunc doctæ producis munera mentis,

Et patet ingenii vena benigna tui.

Divitias animi quis non bona sola putarit?

Quisve aliis cupiat post habuisse bonis?

Quas cum possideas, viridi decorabere lauro,

Ne feriat doctum fors inimica caput.

*Populari atq; amico eximio adfectu quam
salutis prolixiore applausu*

Petrus Sebeckius West.